EXCERPTA MANUSCRIPTI CUJUSDAM TURCICI, QUOD DE COGNITIONE DEI & HOMINIS IPSIUS...

Aziz Al-Din Ibn Muhammad Nasafi,
Andreas Müller

Digitized by Google

185

EXCERPTA

Manuſcripti cujusdam Turcici,

Quod de

Cognitione DEI & HOMINIS ipſius

à quodam

AZIZO NESEPHÆO, TATARO,

ſcriptum eſt, & in BIBLIOTHECA ELECTORALI BRANDENBURGICA aſſervatur:

Quæ

Cum Verſione Latinâ & Notis nonnullis ſubitaneis in publicum emittit

M. ANDREAS MüLLERUS,
Præpoſitus Bernavienſis.

1879

COLONIAE BRANDENBURGICAE,
Ex Officina GEORGII SCHULZII, Electoralis Typographi, Anno M. DC. LXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

187.

SERENISSIMO & POTENTISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

MARCHIONI BRANDENBURGICO,
S. R. IMPERII ARCHICAMERARIO & ELECTORI, SUPREMO BORUSSIAE DOMINO, MAGDEBURGI, JULIACI, CLIVIAE, MONTIUM, STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, CROSNAE & CARNOVIAE DUCI, BURGRAVIO NORIBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADIENSI, MINDENSI & CAMINENSI, COMITI MARCAE & RAVENSBERGAE, DOMINO RAVENSTEINII, TERRARUMQUE LAWENBURGI & BUTOVII,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

POST HUMILLIMAM TANTI NOMINIS VENERATIONEM OMNIGENAM FELICITATEM PRECOR

M. ANDREAS MüLLERUS,
PRAEPOSITUS BERNAVIENSIS.

Digitized by Google

Sereniſſime ac Po-
tentiſſime ELECTOR,

DOMINE CLEMENTISSIME,

INter tot illuſtria & ad ſalutē publicam pertinentia facta tua meritò & hoc recenſendum eſt, quòd in Electorali Aulâ tuâ BIBLIOTHECAM admodum illuſtrem adornandā curaſti, eandemq; uſibus deſtinaſti publicis. Ejus Bibliothecæ famâ anno & amplius abhinc excitus ego Co-

loni-

Digitized by Google

loniam tuam Brandenburgicam veni, & ab his qui Bibliothecæ præſunt, admiſſus, præter ſtupendam librorum, qui vulgò noti ſunt, copiam, non pauca rara & vulgò minus trita, non tantùm omnium Facultatum, Artium, Antiquitatū, & ſimiliū, ſed & VARIARUM LINGVARUM monumenta deprehendi; Hebraica ſcilicet, Syriaca, Arabica, Perſica, Turcica, Slavonica, Ruſſica, Tſchinenſia, et, quæ nemo, quod ſciam, antea indicaverat, Malabarica atq; Peruviana; quæ vel in chartâ, vel in ſericô, vel in membranâ, partim manu ſcripta, partim typis expreſſa ſunt:

ſic ut cum celebratiſſimis totius orbis terrarum Bibliothecis contendere jam tua illa poſſit, & eodem jure quo majores tui Achilles, Alcibiades, Cicerones Germanici dicti ſunt, Tu Ptolemæus Philadelphus Germanicus dici poſſis. Nihil nunc dico de ipſius Loci ſplendore ac amœnitate; nihil de librorum pulcritudine & elegantia externa. Illud verò præclarum, quod illuſtriſsimæ ac locupletiſſimæ Bibliothecæ tuæ TYPOGRAPHIA eſt addita, eáq; variis typorum generibus inſtructa: ut, quæ ex ipſa Bibliothecâ depromenda poſthac in uſum publicum vide-

Digitized by Google

videbuntur, ea typis commodiſſimè exprimi ac in lucem edi poſſint. Utrâque igitur, & Bibliothecâ iſtâ & Typographiâ, cum benignitate tuâ & mihi liceret uti, non abſurdè me facturum putavi, ſi ex librô quodã Turcicô manuſcripto, qui in Bibliotheca tua aſſervatur, nonnulla excerperem, atque notis illuſtrata in publicum emitterem. Cujus rei cauſa præcipua hæc eſt, quòd aliquando intelligerem, Sereniſſimam Celſitudinem Tuam de libri iſtius Argumento certiorem velle fieri. Altera, quòd liber iſte memorabilia quædam complectitur, quæ in Tur-

cis

Digitized by Google

cis & Tataris, gente barbara, meritò miremur. Cùm verò libri iſtius particulas quaſdam & Turcicè & Latinè unà cum Notis quibuſdam edere conſtituerem, neque nulli, neq; alii quàm Auguſtiſſimo Nomini Tuo qualiacunq; hæc nuncupanda duxi. Non nulli; quòd jam olim Chryſippo, homini Philoſopho, quod, cùm plurima ſcriberet, nemini quidquam eorum dedicaret, vitio verſum eſt. Non alii; quòd & Liber Tuus eſt, unde materia ſcribendi ſumpta eſt, & Typographia, cujus quaſi Primitiæ hæ ſunt. Sed & hâc ratione declarare volui, me non immemorem

eſſe

Digitized by Google

eſſe ejus Gratiæ, quòd, cum Illuſtriſſimæ Aulæ Tuæ innoteſcerem, clementiſſimè me ſuſcepiſti. Illud autē, Auguſtiſſime ELECTOR, humillimè nunc rogo, ut nec hoc literarum genus, etſi gens barbara eſt, dedigneris: ſed tum has, tum ceteras quas Orientales vocant, literas, uti facis, uſq; juves; idque vel ideo quòd Cōverſioni Barbarorum illæ ſerviunt, eoque magis ſervituræ ſunt, quò familiariores noſtratibus fuerit; quòd ſacræ Scripturæ ſenſus bene multos ſolæ patefaciunt, & perſæpe, ſive incertos confirmant, ſive reconditos aperiunt; quòd veterum Erro-

Digitized by Google

rum quamplurimos fontes indicant & tollunt; quòd Antiquitatum item Eccleſiaſticarum & quarumvis aliarũ uberiori ſcrutinio non parum conducunt. Id quod ſigillatim oſtendi poſſet, ſiquidem id nunc agerem. Poſtremò, Clementiſſime DOMINE, & hoc rogo, ut fœtum hunc literarium ſerenâ fronte ſuſcipere, & me Clementiæ Tuæ Aurâ porrò proſequi digneris. Supremus ille rerum humanarum arbiter Sereniſs. Celſitudini Tuæ unà cum Sereniſs. Familiâ Tuâ Vitam jucundam, Imperium ſecurum, Domum tutam, Exercitum fortem, Senatum fidelem,

Popu-

Digitized by Google

Populum probũ, Orbem quietum, Poſteros felices, quæque alia Principis & hominis vota eſſe poſſunt, benigniſſimè largiatur. Et, ut meum faciam, quod vetus Poëta ſuo Principi precatus eſt,

Serus in cœlum redeas, diuque
Lætus interſis populo, *Tuisque*:
Neve te noſtris vitiis iniquum
Ocior aura
Tollat. Hîc magnos potiùs triumfos,
Hîc ames dici PATER atque PRINCEPS.

Scripſi Bernaviæ Anno cIↃ.IↃC.LXV. Idib. Septembris.

Digitized by Google

Joh. Henr. Urſinus Superint. Ratisbon. l. vom Unterſcheid der Religionen.

Es iſt wol zubeklagen / daß die Kirchen in Occident und Europâ ſo wenig Gemeinſchafft mit den Orientaliſchen / und ſo wenig Kundſchafft von ihrem Zuſtand haben. §. 49.

Ja:

Daß die Chriſten der (frembden) Völcker Heil zuſuchen ſo gar ſich nicht bekümmern / daß ſie auch vielmehr durch innerliche Trennungen / und unvernünfftiges Leben dieſelbe zum höchſten geärgert haben. §. 7.

CORDA-

Digitized by Google

IHC!

CORDATE LECTOR,

INter cetera Electoralis Bibliothecæ, quæ Coloniæ Brandenburgicæ eſt, variarum linguarum *Manuſcripta*, extat & *Turcicum* quoddam, quod & elegantiâ & raritate ſuâ commendatiſſimum eſt. Eſt autem liber ex Mohammedanorum opinione Theologicus. Et ejus quidem generis, quod ASCETICUM vocamus. *Aſcetæ* videlicet appellantur apud Scriptores Eccleſiaſticos, qui mentem ſecularibus negotiis abſtrahunt, inque rebus divinis potiſsimùm exercent, adeóque contemplationibus utriusque in comparatione ſeculi vacant. Hujus abollæ homines inter *Judæos Phariſæi* erant. *V. Bonav. Cornel. Bertram. de Rep. Hebr. pag. 341. ſ.* Inter *Mohammedanos Sophi* dicuntur,

Manuſcripti cujusdã Turcici Hiſtoria.

I. Genus libri.

De Sophis digreſſio.

 صوفيدون

(صوفيون & اهل تصوف) hoc eſt, ſi vocem voce reddere velimus, *Contemplantes. Chriſtoph. Richer. l. de mor. Turc. pag. 111.* uti θεωροὶ apud *Platonem.* Sapientes & Religioſi, ij præſertim, qui res divinas, & quæ ad amorem Dei ſpectant, viſibilium rerum figuris adumbrant. *Jac. Gol. Lex. Arab.* R. صوف & *Politicis* opponuntur. *G. Gent. not. ad Roſar.* Idemq; ex domeſticis Mohammedanorũ Scriptoribus probare licet. Eſt ſc. vox Perſica پارسا *parſa.* Eaq; in Lexico Perſico-Turcico (*Nihmatalla dicto*) exponitur vocabulo زاهد *Devoti*, idque ex Ahmedis fil. Iſmaêlis Lexico anteà Perſico. Sed eadem porrò vox in verſione Turcica *Roſarij Perſici* (quam Bibliothecæ Sioneæ beneficio Londini aliquando uſurpavi,) صوفي SOPHI redditur. Sic, inquam, *Sophi* ſunt, quos *Devotos* & *Religioſos* vocamus. Quomodo verò مومن *fidelis*, عابد *Religioſus*, زاهد *Devotus*, عارف *Sapiens*, ولي *amicus Dei*, نبي *Propheta*, رسول *Apoſto-*

Digitized by Google

Apoſtolus, خاتم *Sigillum* (ſeu Perfectiſſimus in fide) per gradus (quos Mohammedem implêſſe volunt,) diſtinguantur, tradit *Autor p. 29.* Horum tamen *Sophorum nomen* quale ſit, de eó inter Autores non convenit. Quidam ex Græco σοφὸς dictos volunt: alij à Lanâ, quæ Arab. صوف *Suph* dicitur, ideo quòd *Serico* Sophi abſtineant. *V. Conſt. l'Emper. in Jacch. p. 25. Pococke ad Malat. p. 375. Hotting. Hiſtor. Or. p. 371. 597. & Analect. p. 290.* Cumque *Ismaël*, modernæ Dynaſtiæ Perſicæ ἀρχηγὸς, idemque Erdebilis ex Marthâ, quæ Comneniæ originis erat, filius, Sophus eſſet, Succeſſores ejus hodienum *Sophorum* Reges, Perſæ verò *Sophini* dicuntur. *Joh. de Laet deſcr. Perſ. p. 175. & 333.* Sed quod ajunt Jſmaelem Sophorum ſectam inſtituiſſe, falſum eſt. Viguit ipſorum nomen anno æræ Mohammedicæ jam tum ducenteſimo, atque adeò annos quingentos quadraginta octo ante *Jſmaëlis* Reformationem, de quâ *Leonclavius. CL. Hottingerus* tamen Sophos Muſelmannos reformatos vocat. *Comp. Theatr. Moham. p. 91.* Ideo puto, quòd *Antiſtitium Abubecro* & ejus ſucceſ-

ſoribus detracturus, & *Ali* vendicaturus inſurgeret, & differentiæ ergò, qui ſuæ ſectæ erant, rubeo ex lanâ Tulipanto tegi edixiſſet. de *Laet p. 179.* Ideò verò *Sophi* Perſæ non appellantur, quod rubeo utantur Tulipanto, ſed quod Reges eorum ab Iſmaële Sopho deſcendant. Et is ludibrij cauſa ab Oſmanidis Sophus appellatus eſt, qui Religioſus fuiſſet & imperium rapuiſſet. Namque & inter *Turcas* & *Tataros* Sophi dicuntur, qui ex voto ſeculo renunciant, quò liberius contemplationibus (qualibuſcunque) vacent, ut ex Autore liquet.

II. Autor.

Autor MSti, de quo fari cœperam, in principio & fine prioris partis,

عزيز بن محمد النسفي

Autoris 1. Patria.

AZIZUS dicitur, *Mohammedis* (cujuſdam) *Filius*, *Neſephæus* (Patriâ) Quis tamen fuerit, quâve ætate vixerit, necdum invenire licuit. *Neſeph* autem Maurenahræ ſive Tranſoxianæ civitas eſt, & ab Arabibus *Neſeph* dicitur; à Tataris verò & verè نخشب *Nachſchebh.* Sic *Abulfeda, climate XXVI. p. m. 44.* Ubi ſcilicet addit: *Vix recenſeri poſſe, quot viri eruditi ex hâc civitate prodierint.*

Lon-

Longitudinem & latitudinem ejuſdem habet p. 30.

AZIZI nomen perantiquum eſt. AZIZI enim Emeſſeni Regis meminit *Joſephus XX. 5.* Appellativè *Dynaſtam* ſignificat. Unde & Ægypti Reges, *Firuzabadio* teſte, cognominis locô ſic appellari ſunt ſoliti. Edeſſeni Martem Ἄζιζον dixerunt, autore Jamblicho, cujus verba *Julianus Apoſt. in Hymn. ad Solem* prodidit, hoc eſt, ἰσχυρόν. ***2. Nomen.***

AZIZUS porrò profeſſione DERVIS fuit, hoc eſt, Monachus. *Busbequius epiſt. 1. p. m. 93. Hott. Comp. 126.* vel etiam Religioſus & devotus aliquis, qui ſe voto quidem, ſed non perpetuo, obſtrinxit, quales ferè apud Hebræos *Naſiræi* quodammodo erant. *V. Bertr. p. 343.* Sic *André du Ryer* en la ſommaire de la Religion des Turcs: l'un & l'autre ſorte de Religieux ſe nomment *Drevis*. On les cognoiſt à leurs veſtiments & ſe peuuent retirer & marier quand bon leur ſemble. *Chriſtophorus* quidem *Richerius l. de morib. Turcar. pag. m. 111.* Derviſiorum, quaſi Sectæ cujuſdam peculiaris inter Turcas, meminit. Traditque *Derviſios* non ex lege, ſed *Dei* miſericordiâ ſervari velle; *Sophos* verò docere, ***3. Conditio & Vita genus.***

Digitized by Google

etiam ſine gratiâ aut lege, ſolo merito ſervari poſſe homines. Id vel hic autor abundè refutat, ceu, qui & *Sophus* & *Dervisius* fuit.

III. Titulus. Titulum libro fecit مقصد اقصى *Maktſad aktſa*, PROFUNDISSIMÆ CONTEMPLATIONIS.

IV. Summa. In *Præfatione* recipit ſe acturum de *Dei Eſſentiâ*, *Attributis*, *Operibus*, de *Amicitiâ* (hominis cum Deo) de *homine interno* æquè ac *externo*, de *principio Vitæ* & *reditu*. Item, quis *viæ dux* ſit, quæ *via*, quota *manſio*, quis *homo perfectus*. Et iterum, quod *Jus* (verborum p. 4. a. l. 8.) ſit, quæ *Regula* (operum) quæ *Veritas* (Eventuum ſ. fortunarum) quæ *Societas* (cum Deo) quæ *derelictio* (Mundi) quæ *Ambulatio* (in Deo & ad Deum.)

V. Partes *Partes* v. *libri* hæ ſcil. ſunt: *Præfationem introductio* quædam ſequitur. In eâ *Termini* potiſſimum *Theologiæ Aſceticæ* explicantur, capitulis ſeptem. Poſt illa ſequuntur capita VII. alia.

Primum de *Cognitione Dei.*
Secundum de *Attributis divinis.*
Tertium de *Operibus Dei.*
Quartum de *Sententiis Sapientum.*
Quintum de *Amicitia & Prophetia* (Moham-

hammedis Muſtaphæ ſcil.)

Sextum, *Conciliatio Doctorum* & *Interpretum*.

Septimum de *Cognitione hominis*, quod iterum in aliquot capita diviſum eſt.

Autor paſſim philoſophatur, paſſim *Scripturæ Sacræ* æquè ac *Alcorani* teſtimoniis utitur. *VI. Teſtimonia quibus autor utitur.*

Scriptores etiam ſubinde alios in teſtimonium vocat.

Sadreddinum p. 15. a. 6.

Saadeddinum Hamenſem p. 18. a. 6. 13.

Abdallam Abbaſidem p. 23. b. 7.

Attarum p. 93. b. med.

Platonis meminit p. 15. a. l. b. à fine.

Etiam *Perſica* quædam *Diſticha* aliquoties inſerit.

In ſermone quædam peculiaria habet, quæ à Grammaticis, *Petro della Valle*, *Jacobo Stephani*, *Andreâ du Ryer*, *Hieronymo Megiſero*, *Franciſco Mariâ Maggio*, haudquaquam obſervata ſunt. De cetero vel ex hoc ſcripto liquet, verum eſſe, quod *Erpenius* ſcripſit: Quartam linguæ Turcicæ partem Arabicam eſſe. *Orat. de L. Arab.* *VII. Idiotiſmus Linguæ.*

Ceterùm priori hujus Manuſcripti parti, quæ omninò *Azizi* eſt, ſubjunguntur & alij quidam ejuſdē argumenti libelli Turcici, ſed qui-

Digitized by Google

quibus nullum Autoris nomen adjectum eſt. Attamen hos quoq; Azizi eſſe, p. 81. b. 7. docet: Pleraq; *carmina* ſunt. Sunt enim Turcici *Hoggiæ* (هوجهلر) Artis Poëticæ ſtudioſiſſimi. *Diſticha* quæ بيتلر *Bethler*, h. e. *Domos* vocant novis ſubinde Rhythmis terminantur. *Verſus* Hendecaſyllabi, ut ferè ſemper. Materia illorum, *Amor Dei, vanitas Mundi* & ſimilia. Quæ *Hiſtoriis* ſacris, & *ſimilitudinibus* multifariis illuſtrantur. *Georgevizius* meminit & *amatoriorum carminũ*, quibus Turci Deam amoris, *Asſib* ab ipſis vocatam, honorent. Talium peculiaris liber in Sereniſſimi ELECTORIS Bibliothecâ aſſervatur. Ibi عاشق باشه *Aſchik Baſſa*, h. e. *Amantium caput* dicitur, quod Georgevizius *Asſib*, Leonclavius pag. 195. *Aſicum* appellatum ſcribit. Eſtq; idem vocabulum, quo *Cœleſtis Venus* jam tum ſupra *Herodoti* ætatem à Scythis nuncupata eſt, & corruptè apud Herodotum Ἀρτίμπασα legitur, *l. IV. c. 59. fin.* id quod in librô de RELIQUIIS VETERUM LINGUARUM demonſtrare conſtitui: ubi ſc. pluribus ejus generis exemplis antiquitatem linguæ Turcicæ ejusque cum antiquâ Scythicâ convenientiam inter alia probare tento.

CAPUT

CAPUT imprimis SEPTIMUM primæ partis, quod de COGNITIONE Sui Ipſius eſſe jam ſuprà dixi, multa non omninò contemnenda complectitur. Eorum capita ſunt:

1. Hominem eſſe μικρόκοσμον, nihilque eſſe in *Mundo majore*, quin Exemplum (نمودار Antitypum) in *mundo minore* habeat. Æquè ut *Pythagoras* loqui ſolitus eſt, veluti autor vitæ ejus tradit apud *Photium*.

2. Cognitionem ſui ipſius eſſe *viam* illam *ſtabilem*, cujus causâ Mohammed Alc. c. 1. orare juſſerit: *Condui nous à droict chemin.*

3. Qui ſeipſum cognoſcit, hunc & Deum cognoſcere. Quod multoties repetit. *25. b. 11. 46. b. 10. p. 48. b. 8. 103. a. ult. Add. Excerptorum* ult. n. 10. Idemque *Megiſerus* inter Proverbia Turcica ſecundo loco retulit.

4. Illud mundum *ſenſibilem* eſſe; hunc *intelligibilem.*

5. Fideles eſſe Speculum fidelium; Deumqué omnium.

6. Hominem à Deo eſſe; & ad Deum redire.

7. Homines ad æternitatem creatos eſſe.

8. Qui verum videt, Deum videre. *&c.*

Idipſum Caput integrè luci publicæ exponere ab initio conſtitueram, perqué hanc occaſionem *com-*

parationem aliquam *Turcicæ & Ceteræ ſine Chriſto Philoſophiæ* inſtituere. Turcicorum namque Religioſorum *Sermones Spirituales* (ut à *Septemcaſtrenſi.* p. m. 50. & ab ipſiſmet appellantur) *Veterum Philoſophorum* & *Kabaliſtarum* ſermonibus, ſive *locutiones* ſpectemus ſive *ſenſus*, perſimiles ſunt. Nec minus *Cœlicorum Prophetarum*, qui tamen videri volunt in *Chriſto Philoſophari*, *VVeig.* γνῶϑι σεαυτὸν *I. 2. II. 1.* Hinc & Kempiſij librum de Imitatione Chriſti (de quó omninò vid. *D. Nicol. Hunn.* in der Chriſtl. Betrachtung der newen Paracelſiſchen und Weigel. *Theol.* p. 11.) magnifaciunt Mohammedani. V. *D. Hott. Bibl. Orient. p. 92.* Fortè & *Paracelſus* atque *Chriſtianus Roſencreutz*, Cœlicorum Choragi illi, Mohammedicorum Enthuſiaſtarum ſomnia, *cum in Oriente eſſent, conceperunt primùm.* Imò *Fama Fraternitatis* hoc ipſum diſertè tradit. Sed cum contextus dicti capitis prolixior eſſet, quam ut *Speciminis* vice foret, hinc inde potius *Particulas quasdam* ſelegi, quæ jam eduntur. *Tu v. Benevole Lector, Conatibus iſtis fave, & ſi quid in Verſione vel Notis parum tibi arrideat, Deſultoria hæc omnia eſſe & propter officii continuas occupationes exactius quidquam à me nunc quidem proficiſci non potuiſſe memento.*

Joh. V. 23.

Qui FILIUM non honorat, is nec PATREM honorat.

Pagin.

باب دوم در بیان
صفات خدای تعالی

ای درویش بدانکه
شیخ صدر الدین
رحمت الله علیه بیورر
کم صفات ذات مر
تبسنده در وافعال
نفس مرتبه سنده در
ار واسامی وجه مر
تبسنده درلر وبو سوز
بغایت ایودر ودخی
شیخ صدر الملة والدین
بیورر کم صفات بر
یوزدن عین ذاتدر وبر
یوزدن غیر ذاتدرلر زیرا
که

CAPUT II.

Declaratio Attributorum Dei O.M.

Nóris, mi Religioſe (1.) Doctorē Sadreddinū, (2.) ſuper quo miſericordia DEI *ſit*, docere: Quod (3.) *Attributa* (DEI) in ſuo genere *ESSENTIA* Dei ſint; & *Opera* in ſuo genere *vitæ*; Nomina verò, in ſuo genere *Facies*. Eſtque hic ſermo longè pulcherrimus. Inſuper Doctor *Saddreddinus*, Cor illud legis & Religionis docet: (4.) Quòd *Attributa* ab unâ facie Oculus eſſentiæ (*h. e. Ipſa Eſſentia*) ſint; & ab

Digitized by Google

که حقک صفات معاني
واعتبارات دررلر وشول
يوزدن عين ذات
دررلر که بر وجود داخي
يوقدر ذاتدن غيري
پس صفات عين ذات
اوله درلر وبو يوزدن
غير ذات درکه مفهومات
علي القطع مختلفدررلر
الله تعالي ذک
صفاتندە يوقدر مختصر
كفايت ايدر

altera facie (5.) ſine eſſentiâ (*h. e. eſſentia non ſint*) Siquidem Dei Attributa ſignificationes & cōparationes ſint. Ipſa eſſentia verò, quia nec ulla exiſtētia ſine eſſentiâ. Attamen Eſſentia ſua attributa habet. Et ab hâc facie (attributa) ipſa eſſentia non ſunt. Sed quoniam quæ de Attributis DEI Opt. M. diſputantur, varia ſunt, hâc vice epitome ſufficit.

II.

باب سوم
در معرفت افعال
خداي تعالي وتقدس لي

Pag. 15. b.

CAPUT III.
De Cognitione Operum DEI O. M. & Sanctiſſimi.

Scili-

Digitized by Google

لي درويش بلكل كه
الله تعالينك افعال
اكى قسمدر برى ملك
وبري ملكوت ملك عالم
محسوسات وعالم
ملار وعالم خلق وعالم
سفلى درلر وعالم اجسام
وعالم شهادت درلر
بو جملدن مراد ملكدر
وعالم معقولاته عالم
ملكوت وعالم ارواح وعالم
غيب وعلوي وعالم اخر
درلر مراد دكلبدن
عالم ملكوتدر نتكم بيورر
قوله تعالي الا له
الخلق والامر تبارك

SCilicet, mi Religioſe, Dei O. M. Opera duûm ſunt generum, (*Eorumq;*) alterũ (6.) POSSESSIO (dicitur;) alterum (6.) REGNUM. *POSSESSIO*, (7.) mundus ſenſibilis (*eſt, qui*) & Mundus Habitabilis, creatus, infernus, corporeus, mundusq; Teſtimonii (*in quò ſc. lex martyrio quoq; honorăda eſt,*) *appellatur*. *REGNUM* verò mundus intelligibilis *eſt, qui & Mũdus* ſpiritualis, latens, (*inviſibilis, myſticus*,) ſupernus, poſtrem' (*ſeu futur'*) appellatur. Ideóq; *vox Altiſ-*

 ſimi

الله رب العالمين
اشارت بو اكي عالمه
كتاب قديمده عالم
اجسام تفصيليله ذكر
ايده مشدر اما عالم ارواح
بر سبيل اجمالله احوال
ملكوتنه شول كمسه مطلع
اولور كم ملكوتنه ارشمشدر
وكذلك نرى ابرهيم
ملكوت السموات والارض
وليكون من الموقنين
عيسى عليه السلام
بيورركه لا يلج ملكوت
السموات من لم يولد
مرتين

ſimi (*Sic Alcoranum allegant*) ait: *Nonnè ipſi, DEO, Domino utriusque ſeculi, creatura ſunt, & negotium* (*verba Alcorani.*) Nota. Hi duo Mundi in vetuſto illo ſunt libro (*Sic Alcoranum vocant*) Et Mundi quidem ſenſibilis diſtinctè (*ſeu explicitè & diſertè*) meminit: Intelligibilis verò implicitè. Atq; in hunc modũ (*ſcribitur:*) *Vidit Abraham* (8) *Regnum cœlorum* (*& terræ,*) *fuitque ex fidelibus*, (*qui de re aliquâ certi ſunt.*) (*Similiter*)

(10.) *Iſe*, quô ſuper Pax (eſto,) docet, (dicitq;) (11.) *Non intrabit Regnum cœlorum, quisquis non natus fuerit* (12.) *duab. vicib.* III.

III.

هر بر كشي انادن
مختلف كلمشدر اول
سببدن هر بري بر
اسميله منسوب اولمشدر
بر سنه شافعي وبر سنه
حنفي وبر سنه مالكي
وبرلر دخي ترسا ويهود
ان قنولمشدر

Pag. 6. a.

Unuſquiſq; inde à matre diſtinctæ (Religionis) eſt. Hinc quiſque ab homine cognomen habet. Hic (13.) *Schafæus* dicitur, ille *Hanifæus*, ille *Hanbelita*, alius *Melcita*. Inſuper alij *Judæi* dicũtur, alij (14.) *Pagani*.

IV.

بو اغاجك اوچ مرتبه سي
واردر مرتبه ذات ومرتبه
وجه ومرتبه نفس
اغاجك تنه سي ذاتيدر
وكمال وجه در بو
ايكي مرتبه اغاجك
نفسيدر

Pag. 32. a.

Hujus (15.) *Arboris* tres (a.) Ordines ſunt: *Eſſentia*, *Facies*, *Vita*. Arboris ſcil. (b.) maſſa *eſſentia* eſt; integritas *facies*. Et hi duo ordines arboris *Vita* ſunt. Ex hoc ſermone, mi Reli-

Digitized by Google

نفسيلر وبش سن بو
سوزدن اللهك ذاتن
ووجهن ونفسن معلوم
ايله بو ايتك معنسني
بلكل كه فاينما تولوا
فثم وجه الله

Religioſe (16.) *Dei eſſentiam*, (17.) *faciem, vitamq́,* cognoſcas. Hic text⁹ (Alcoranici) ſenſus eſt. Hujus ſcil. *Quocunque* (faciem) *converteris, etiam ibi facies DEI eſt.*

(a) *Ordinis.* Commodius vocem Arabicam reddere non potui. Significat enim ordinem, gradum dignitatis, munus. Radix STABILITATIS aut FIRMITATIS ſenſum habet. Quomodo feré voce ὑπόςαςις exprimi poſſit. (b) *Maſſa.* Sic reddidi vocem تخم *Tuchum*, cujus propria ſignificatio deſtitutum me omni Lexicó Turcicô fugit. Arabicè colliminia تخوم *Tuchum* dicuntur; & ſingulariter ſtatus, quem quis expetit; Turcicè *Tugum* nodus; Perſicè *Tuchum* Paſſer. Perſicè & Turcicè quidquam aliud, quod Nihmatalla voce (م *q.d.*) *Notum eſt*, exprimit.

V. *Pag. 26. b.*

وداخي بلكل كه انسيده

Etiam nôris, quòd in homine (18.)

اوچ روح واردر برسي روح
نباتي انك موضع
جكردر وبري روح حيواني
در انك موضع جكردر
وبري روح نفساني
در انك موضع دماغدر

(18.) *tres ſpiritus* ſint: *Vegetativus,* cujus ſedes hepar eſt; *Senſitivus,* cujus eadem ſedes eſt; *Animalis,* cujus cerebrum ſedes eſt.

VI.

Pag. 2. b. 9.

داود عليه السلام سوال
ايلدي ايتدي الهي
لماذا خلقت الخلق
قال الله جل وعز يا داود
كنت كنزا مخفيا
فاحببت ان اعرف
فخلقت الخلق لاعرف

(20.) David p. m. quæſtionem inſtituens dixit: Mi DEUS ecquare (21.) *Creaturas* cõdidiſti. Dixit Deus O. M. ô David, Ego theſaurus ſum (22.) *abſconditus*, & amo cognoſci, ideoq; homines condidi, ut cognoſcar.

VII.

Pag. 100. a. 15.

سن اكر محمدي سك
كل بري

Tu ſi (23.) *Mohammedanus* es, cis

Bb veni

پوت پرست اولمه
وكس زناركي
نمرود اولمه ابراهيم اول
ابراهيم رنجور اولماغل
حكيم اولغل حكيم يول
ايچنده مخنث اولمه
ار اول ابو جهل اولمه زنهار
حيدر اول

veni, (24) *Idololatra* ne ſis, neve (25) cinctutus aliquis, neque (26) *Nimrod*, ſed Abraham. Neque improbus, ſed ſapiens. Dumque in via es, perjurus ne fias: vir eſto. (27) Inſipiens ne ſis: æmulus (28) *Heidaris* eſto.

VIII.

شهادت ان لا اله الا
الله وان محمدا
عبده ورسوله اي درويش
بو سوز مشكل دكلدر
اما اتا انا بيوك پرده
در بتكم رسول الله
صلى

Pag. 10. a. f.

(29) *Symbolum:* Quòd non ſit DEUS præter Dominum, & quòd Mohammed ſit ſervus & Apoſtolus ejus. Mi religioſe, hic ſermo difficilis haud eſt. Sed Majores obſuerunt. Quemadmodum Apoſtolus Dei *Mo-*

Digitized by Google

صلي الله عليه وسلم
بيورر كم كل مولود يولد
علي الفطرة فابواه يهو
دانه وينصرانه ويمجسانه

(*Mohammedem intelligit*) docet, dicitq;: Quiſquis naſcitur , ſecundũ concreata principia الا سلام Mohammediſmi (*Sic Saadus Roſar.p.52.f.*) naſcitur. Tantùm Parentes ejus Judaiſmo, vel Chriſtianiſmo, vel (30) *Maguſæiſmo* eum initiant.

IX.

Pag. 101. a. 13.

صوفي ايسك ذكر
تسبيح ايلكل زاهد ايسك
اون زهد وكي بلكل
طوطي ايسك لا يقك
شكر كرك قرغه ايسك
مقصودك مردار كرك

Sophus tu ſis, (31) *Hymnorum* memento. *Si Devotus* ſis, Devotionem intellige. (32) Si *Pſittacus*, dignis (33) *GRATIIS* opus habes. Si *Cornix*, contemplationis (34) *cadavere* opus habes.

X.

Pag. 79. b.

نمش كم قاف طاغنده
بر اولو قوش

(35) Dixit: In monte KAPH magna avis eſt.

انی کورن اوزن قیلور
فراموش انی سیمرغ
مکان کوه قافده اشدلدی
بو خبر هر طرفده بو
جمله قشلرک سلطان
اولدر قمو انسوز صورندر
جان اولدر

Eam .quisquis videt, horrore percellitur ingenti : Nomen, (27.) AVIS ARGENTEA ; Locus, Mons KAPH. Audita eſt hæc Hiſtoria in omni tractu. Eſt autem omnium hujus univerſitatis avium Sultanꝰ. Et hic ſermo, animæ Imago

---

XI. *Pag. 72. b.*

الهی عالم سری خافیات
سنک سرکده عقللر اولور
مات بو جمله ایش
اچنده سن حاضرسین
نظیرک یق عالمده بی
نظیرسن بو جمله
اشیایه موجود اولن

Mi Deus, tu nôſti Arcani mei ſecreta In arcanis tuis Intellectus (38.) *perplexi ſunt*. Tu pręſens ei hujus univerſitatis negotiis. Neq; (39.) *Nadir* eſt hoc in Orbe quod non (39) *VIDEAS*. Tu hujus univerſitatis rebus eſſen-

Digitized by Google

سن بو موجود اولنه
وجود لولن سن
قامو كوكلر ايچنده
چراقسين يقينه ياقين
ايراغه ايراقسين كه اولر
عالم اسرار اولور سين
كه حيدر كهي احمد
اولور سين ادم كه شيت
كه ايوب كه موسي اولور
كه شعيب كه يحيي كه
ادريس اولور سين كه
يعقوب كه جرجيس اولور
سين كهي موسي ايله
صحبتده كهي عيسي
كهي مسيح مريم كهي
قيصر كهي فغفور چين
سين

eſſentiam tribuis. Tu Entibus Exiſtentiā. Tu lucerna intellectuū es. Propinquis propè, remotis procul. Quod (40.) *Arcanorum Interpres fuit*, tuum eſt. Quod *Heidar*, quodque *Ahmed*. Quod *Adã*, quod *Seth*, quod *Jobus*. Quod *Moſes*, quod *Jethro*. Quod *Johannes*, quod *Enochus*. Quod *Jacobus*, quod (41) *Georgius* Quod *Moſes* cum Sociennis. Quod *Jeſus*, quodq; (42) *Meſſias Mariæ*. Quod (43.) *Cæſar*, quod (44) *Fagfour* (45) *Tſchinenſis*.

قامو عبارلرك اوهتان
سن سين

Etiam vagabundorum animantum tu(46) hoſpes es &c.

XII.

Pag. 7. a.

عيسي ديمشلردر كه
الوي دري قلدوروانخي
خضر ديمشلردر كه اب
حيات اچمشدر
وسليمان ديمشلردر كم
قوشلر دلن بلور

De *Jeſu* ajunt: quòd (47) mortuos reſuſcitaverit. Deque *Georgio*, quòd (48) aquam vitę biberit. De *Salomone*, quòd avium linguas intellexerit.

XIII.

Pag. 88. b.

بر دكزدر صد هزاران
موج وار كوكده يلدزلر
چق ولي بردر كنش
صد هزاران نقش صورت
بر نقاش بر چراقدر
صد هزاران پروانه

Unum mare eſt centies mille fluctus. In cœlo ſtellæ plurimæ, Sol unus. Centies mille figuras unus artifex pingit. Una candela, centies mille pyrallides.

Centi-

Digitized by Google

صد هزاران برلو قوشلر
بر دانه پادشاه بر
صد هزاران ملك
وار هزاردرلو صدفلر
بري كوهر داولر چقلر
دوجي بر درر بر
كوكلدر بنجه حكمت
سر درر بر الفدر
اشكاره اولدي جهان

Centies mille aves uno granorum genere paſcuntur. Rex unus centies mille res poſſidet. Centies mille conchæ, una margarita. Cameli propè multi ab uno reguntur camelario. Unus intellect⁹ mille ſapientiæ myſteria cõplectitur. (50) Ab uno Elif mundus originẽ habet &c

---

XIV.

قلب المومن بيت
الله. العقل نور في
القلب بين الحق
بو مثلدر والباطل كيم
خطا قلمز اصيل در هر
طپراق كيميا دكلدر

Sententiæ quædam miſcellæ.

1. Cor credentis domus DEI eſt.
2. Intellectus eſt lumen in corde inter verum & falſum.
3. Proverbiũ eſt: (51) Chatajos nihil glorioſi facere. (52)
4. Nõ omnis terra pulvis philoſophicus eſt.

حق سون لول حبيب خاك پاين توتيا	7. Qui verũ amat gratꝰ eſt. 8. Ex pulvere pedum Tutiã para oculis. (54)
ايت كوزكه ير وجودمدر كوك چادرمدرك	9. Terra origo mea eſt; cœlum (55) peplum meum (vel tegmen.)
من عرف نفسه فقد عرف ربه تركى دلنجه دمك اولور كيم نفسنى بلن تنكرى بلور دمك در	10. Qui ſeipſum novit, Dominũ ſuum novit. (*Sententia Arabica eſt. Quam Autor Turcicè reddit.*)
بولبلك لكلكك دكلدر حارى	11. Ciconia luſciniæ curam non gerit.
حق تعالى بغايت ياقندر اما بو خلق غايت ايراق درلر	12. Deus propinquiſſimus eſt; homo remotiſſimus.
ار الور اد كلو	13. Vivit poſt funera virtus.

Notæ

Digitized by Google

Notæ quædam in præcedentes Manuſcripti Turcici Textus.

I.

DOctorem, ad verbum, *Seniorem*, vel *preſbyterum*. V. omninò Seld. de Synedr. Hebr. I. 14. p. 596.

2.) *Super quò miſericordia Dei ſit.*

Hunc Euphemiſmum, quô Autor homini Mohammedano, & poſt fata quidem, benè precatur, Mohammedanis relinquimus. Unde verò *Georg. Elmacinus*, homo Chriſtianus, Mohammedi ipſi in hunc modum benè precatus ſit, *CL. Hottingerus* diſquirit Biblioth. Or. pag. 495.

3.) *Attributa* (Dei.)

Quòd *Mohammedani* æquè ac *Judæi*, uti & *paganorum nonnulli*, TRIA IN DEO ſtatuant certum eſt. Et iſta quidem TRIA tùm *conjunctim*, tùm *ſeparatim* ſuis ex omni parte inſigniuntur nominibus.

Conjunctim appellata ſunt:

(I.) Inter paganos quidem,

1. Τρεῖς ὑποστάσεις, à *Platonicis.*
2. Tres Reges, à *Porphyriô.*

(II.) Inter Judæos verò

 ג' מרות 1.

1. ג' מרות tres menſuræ. *V. Kircher. Obeliſc. pag. 404.*

2. ג' פנים tres perſonæ. V. Suid. v. ἅγιος.

3. ג' ספירות tres numerationes, ex interpretatione *Reuchlini*, *Schickardi &c.* vel etiam tres ſphæræ, vel potius τρεῖς αὐγαὶ, ex mente Rittangelij.

4. ג' הויות tres eſſentiæ. R. Eliezer Häkler.

5. tria lumina, ap. Cabbaliſtas. V. Grot. de ver. Rel. Chr. p. 123.

6. τριτταὶ φαντασίαι. V. *Philon.* l. de *Sacrific.*

7. τρεῖς δυνάμεις, *id. ibid.* Hebr. גבורות potentiæ. *Zohar.*

8. ג' אלהים tres Dii, *Reſit chocma.*

(III.) Inter Mohammedanos

1. tria Attributa.

2. اوج مرتبة tres ordines vel Dignitates, Aut. p. 32. Quomodo verò TRIA illa, quæ diximus, à *Paganis* & *Judæis ſeparatim* dicantur, in diſſertatione de *promovendâ etiam extraneorum ſalute* deduci poſſit. Jam de ſolis *Mohammedanis* loquar.

Hi de *Attributis divinis* in *genere* ſic ſentiunt:

1. Multa eorum eſſe.

2. Illorumque Catalogum Alcor. c. LVII. exhiberi.

3. &

Digitized by Google

3. & *nonaginta novem nominibus* divinis quæ حسنى اسماء *Pulcherima nomina* vocant, contineri, uti ap. Hebræos בשם ע״ב *ſexies duodecim nominib.* de quib. *Reuchl. Cabal. l. III.*

4. Palmaria eſſe tria.

5. Eaque tria unum eſſe, perinde ut Cabbaliſtæ dicunt: Tres illos ſplendores eſſe unum idemque ſolium. *V. Reuchl.* col. 736. unam eandemque coronam *col. 747.*

6. Sic verò dici: *Eſſentiam, Vitam, faciem.*

7. Et hanc cauſam eſſe, quare Deus in Alcorano pluraliter de ſe loquatur. *Richard. c. I.* Quod ſi *B. Paulus*, ut rectiſſimè, ἐκ τῶν οἰκείων δογμάτων τοὺς Ἀθηναίους ἐχειρώσατο, h. e. ex domeſticis dogmatibus Athenienſes (Act: XVII,23. convicit, uti *Iſidorus* Peluſiota *Ep. IV. 69.* loquitur, qvidni commodè Judæi atque Mohammedani ad *S. Trinitatis* agnitionem ex talibus ipſorummet principiis manuduci poſſint? Et quanquam hujusmodi placita ex *rationis* potius lumine quàm *traditione* accepiſſe videntur, juvabit tamen oſtendere illis, quòd quidam ipſorũ, etiã cum Orthodoxi à ſuis haberentur, locutionibus noſtris uſi ſint. Quodq; vocabu-

اقانيم *Perſonarum* haudquaquam multiplicitatem aut pluralitatem eſſentiæ divinæ importet. Hôc faciliùs ad fontes *dogmatis de S. Trin.* (quod utique primò omnium fieri oportet) traherentur. Nec omninò rejiciendū, quod *durioribus* quibuſdam *vocabulis* uſi ſint. Nam & Chriſtiani S S. Trinitatem variè appellaverunt. Non dicam de ijs appellationibus quæ damnatæ ſunt, ut quod *Sabellius tres Nomenclaturas*, *Valla tres Qualitates* dixit, ſed de ijs, quas, qui in hôc articulo nobiſcum rectè ſentiunt, uſurpaverunt.

Quas enim *tres perſonas Deitatis* vocamus,

1. à *Græcis* τρεῖς ὑποστάσεις dictæ ſunt. Primò quidem non ſine ingenti certamine cum Latinis, tandem verò indifferenter.

2. ab *Armeniis* Երրրակ անձն tres animæ.

3. ab *Ægyptiis* ϣⲟⲙ ⲛⲓⲁⲡⲁⲙⲏⲓ tres ſpiritus.

4. ab *Æthiopibus* ፫ ሀለወት ፡ tres eſſentiæ. ſ. perſonæ ſ. naturæ. V. Job. Ludolf. Lex. Æth. ad Rad. *Halava*.

5. ab *Arabibus* ثلاثة الجواهر *tres Margaritæ*, vel, ex Perſica L. *ſplendores*. Cum tamen

tamen Æthiopes duas, quæ in Chriſto ſunt, *naturas* ባሕርያት : *margaritas* dicant.

6. à *Syris* ܩܢܘܡ̈ܐ i. e. اصول *Radices* ſ. *principia*, ſic enim expon. à *Gjeubari* vox Arabica, quæ à Syris tradita eſt.

7. tria Attributa, Paul. Epiſc. Sidon.

8. tria Idiomata, *Gennadius* T. IV. Bibl. Pp. P. I. p. 949. pr.

De quo *v. Poſſevinus* Appar. ad Biblioth.

8. tria Individua, *Id.*

9. tres formæ, *Id.*

10. tres naturæ, *Elucidarius* juſſu *Henrici*, Ducis Brunſvvicenſis, ſcriptus, cujus verba: Wir ſullen glouben daz an Gote dri Naturen ſint/ und daz die dri genant ſin ein ware Gotheit. Extat Mſt. in Bibliothec. ELECTORALI.

V. CL. Hotting. Topogr. Eccleſ. p. 142.

4.) *Facie.* يوز *Centum.* Sic in textu ſcriptũ eſt.

يوزى *Facies.* Sic legendum eſt.

5.) *Sine eſſentiâ.*

Quæſtio etiam inter Mohammedanos eſt: *An attributa Dei ab Eſſentiâ Dei differant necne?*

Affirmant *Aſcharitæ*, & *Sephatæi.*

Digitized by Google

Negant *Mutazalitæ.*

Speculum Mundi, Theorem. I.

الوجود والوحدة وساير صفاته
سبحانه عين ذاته

Exiſtentia, unitas & cetera Dei Attributa, ipſa ejus eſſentia ſunt.

6.) *Poſſeſſio, Regnum.*

Ambo vocabula ejusdem in Arabicâ linguâ Radicis ſunt. Et paſſim ſic uſurpantur, ut *illud ſenſibilem, hoc intelligibilem mundum* ſignificet.

7.) *Mundus ſenſibilis.*

Ex diſtinctione Mundi ſenſibilis & intelligibilis natũ eſt, quod Deũ رب العالمين *Dominum mundorum vel ſeculorum appellant.*

Sumta autem eſt à *Judæis*, qui *mundum ſenſibilem* עולם השפל *mundum infernum* vocant; *intelligibilem* עולם העליון *mundum ſupernum. V. Aben Eſra ad Exod. VI. 2.* Sed eſt & alia diſtinctio *mundi; Hujus & Futuri, Judæi* dicunt: עולם הזה Hic mundus & עולם הבא mundus veniens. *Arabes: Mundus prior & poſterior. V. D. Gol. Lex. Rad.* اخر

Perſæ:

Digitized by Google

Perſæ: این جهان *Hic mundus*, & آن جهان *ille mundus.*

Ambos mundos deſignant Arabes & una voce duali داران q. d. *uterq; mundus. Aut. p. 12. b. Anonymus Perſa de Siglis pag. 1.* Perſæ دو جهان duo mundi. *Autor p. 28. b. lin. 10.* Sed primam Mundi diſtinctionem cum ſecundâ paſſim confundunt.

Tertia Diſtinctio, *Mundi, Magni & parvi eſt*, de qua *Autor pag. 21. b. lin. 5. 22. a. fin.* Similia *de Pythagoreis Reuchlinus habet l. de Cabal. V. Lütkem. de mundo Intellig.*

8.) *Regnum Cœlorum.*

V. Hug. Grot. ad Matth. V. 20.

9.) & *Terra.*

Hæc verba præter mentem autoris adjecta puto, præterque verſionem allegati ab ipſo textus, qui eſt *Job. VIII, 56.*

10.) *Iſe* i. e. Jeſus. De hujus nominis ratione *v. Dilb. Ecl. Sacr. p. 530. Schick. Taricb. pag. 79. Hotting. Hiſt. Orient. p. 104.*

Zemachſcheris ait, nomen barbarum eſſe, quod adeò explicare nequeat. Sed *Teſteſanius* au-

Digitized by Google

us autor eſt Hebraicè ايشوع *Iſchua* dici, idque eſſe i. q. السيد i. e. *Dominus*, vel ſecundum alios المبارك *Benedictus*. Cit. *Attſameddinus comm. in Beid. Dec. XVIII. p. 5. m.*

11.) *Non intrabit.*

Extant verba Salvatoris noſtri *Joan. III. 3.* ἐαὶ μήτις γεννηθῇ ἄνωθεν ȣ̓ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τȣ̃ Θεȣ̃.

Iſta autor Arabicè citat. Neſcio unde? Namque *Erpeniana* verſio & *Pariſina* (quam Londinenſis ſequitur) aliter habent.

Turcicam S. Scripturæ ſive integrè ſ. ex parte factam verſionē non credam autorem legiſſe. Quam *Joh. Ungnadius* fieri curavit, *Thuanô l. XXXVI.* teſte, recentior procul dubio eſt hoc Manuſcripto, quod Conſtantinopoli anno 1559. emtum eſt. Vetus quidem Teſt: *Judæi* Taurici Turcicè legere dicuntur. Sed, qui in Turciâ ſunt, Chriſtiani vel Syriacè, vel Arabicè vel Græcè vel Ibericè vel aliter Scripturam legunt.

Videtur etiam Azizus *ſenſum* potius verborum Chriſti, quàm *contextum* citare voluiſſe. Apparet hoc ex verbo NON INTRABIT, quod verſu *quinto* quidem apud Joan-

Joannem in repetitione verborum Chriſti invenire eſt; *tertio*, ubi cetera Chriſti verba habentur, non item.

12.) *Duabus vicibus.* Sic Autor Græcum ἄνωθεν expreſſit, vultque dicere DENUO, ut *Syrus* ܡܢ ܕܪܝܫ *à principio.* Verſio Arabica Londin: مرة أخرى *alterâ vice.* Perſica نو *Novè. Angl.* Again. *Nonnus* τὸ δεύτερον. Alij πάλιν, ut ap. Athenagoram. Nonnulli *deſuper*, uti Cyrillus. Sed priora melius. *v. Clarius in Johann. III. Conf. Gal. IV. 9.* O ſi itaque *Mohammedanis*, ceteriſque *ſine Chriſto* hominibus tàm *ipſum Regenerationis Myſterium*, quàm quidem *vocabulum* cognitum foret.

1. *Judæis* de Regenerationis vocabulo conſtare poteſt, ut quidam volunt, ex Pſalm. LXXXVII, 5. CX, 3. Vel ſanè ex Talmude conſtat. De proſelytis enim ajunt: גר שנתגייר כקטון שנולד דמי: *Proſelytus, ex quo ſit proſelytus, velut infans, qui recens naſcitur, habetur.* V. omninò *Seld. de ſucceſſ. ad Bona defunct. c. 26. p. m. 191.* Vocabula SERI & NASCI de formatione animi apud Hebræos uſurpari teſtis eſt *Hugo Grotius ad Matth. XIII, 23.*

2. Etiam *Senecæ* verbum eſt: Nobis ad arbitrium *naſci* licet. *l. de brev. vitæ.*

D *Plutar-*

Digitized by Google

Plutarchus quædam quæ *de Baccho diſcerpto* tradita erant, μυθικῶς dicta eſſe conjiciebat εἰς τὴν παλιγγενεσίαν, quam interpretatur τοῦ ἀλόγου καὶ ἀπάυστου κόλασιν. De Pythagoræ παλιγγενεσίᾳ quid habendum ſit, in Diſputatione *de Errore Animarum* olim diſquiſivi.

Metempſychoſis vulgò dicitur. Quam & *Judæos* & *Mohammedanos* & *Paganos* & *Pſeudo-Chriſtianos* docuiſſe oſtendi. Et pleriq́ue, vulgus ſanè, *tranſmigrationem animæ* è corpore in corpus intellexerunt. Sed ſagaciores, niſi fallor, aliquid aliud. *R. Bechaj* expreſsè ait: Hanc גלגול *Revolutionem* etiam תחיית המתים *Reſurrectionem mortuorum* à Rabbinis vocari. *Comm: ad Phar. Et hæc eſt benedictio.* In hunc modum Salvator παλιγγενεσίας vocem uſurpat *Matth. XIX, 28. V. Tarn. Ex. Bibl. 477. Confer Clem. Alexandr. Stromat. III. pag. 451. b.* ubi tradit Brachmanes vitæ reſtaurationem, ipſis creditam, παλιγγενεσίαν vocaſſe. Fortè & Regenerationem, quæ ex ſpiritu eſt, indigetarunt eâ voce, etſi de re ipsâ non rectè ſentirent. *V. omninò Caſtor Vaferach. p. m. 24. Conf. Reuchl. de Cabal. l. II. col. 681.*

Et mirum eſt, Azizum verba Chriſti, quæ quidem *Joh. III, 3.* &c. leguntur, in mente habuiſſe, neque tamen quid verè *Denuo*

naſci

naſci ſit, aſſecutum eſſe, aut ſaltem inveſtigaſſe. Maximè cum Salvator *v. 5.* ſuorummet verborum interpretem agat, doceatque, Ex *AQUA & SPIRITU naſcendos eſſe*, qui *denuò naſci* neceſſum habeant.

13.) *Schafæus.* Meminit Autor h. l. quatuor Sectarum Mohammedicarum, improbatque porrò hujuſmodi *Denominationes.* V. *D. Hotting. Hiſt. Or. p. 340. ſeqq.*

14.) *Pagani.* Turcicè ترسا *Terſa.* Eadem vox uſurpatur à *Saado* in Roſario *p. 2.* item *3. fin.* Ibi Turcicus interpres نصرانى *Chriſtianum* intelligit. Autor Lexici Perſici *Nibmatalla* eam voce Arabicâ كافر *Gavr*, quæ *Atheum* ſignificat, vel *infidelem,* exponit. Adeò perverſè iſtud genus hominum de nobis ſentit. *Attſameddinus* Dec. XVIII. p. 11. diſertè ſcribit, *Chriſtianos nec Deum credere nec diem judicij.* Cui quidem antiquæ de Chriſtianis exiſtimationi *veterum Hæreticorum pudenda dogmata*, ipſorumque *Orthodoxorum vitia* anſam dederunt. Sed fuerunt & alij his multò temperantiores. Qui ſc. *CHRISTIANÆ Religionis* fundamenta rectius noverunt, iisque propius acceſſerunt.

 Prin-

Digitized by Google

Princeps cauſa, quare nos INFIDELES vocant, hæc eſt, quod *Chriſti-Hominis Divinitatem* agnoſcamus. *Alc. c. IV.* Id enim ita accipiunt, quaſi *Socium* Deo adjungeremus, & tres porrò *DEOS* confiteremur.

Attamen inter ipſos Mohammedanos aliquando inventi ſunt, qui Salvatorem noſtrum pro *Redemtore hominum*, proque *DEO* agnoverint. *Relat. di Conſtantinop. P. I. fol. 27.* Qui *Hajetanæ* inter illos ſectæ ſunt, fatentur, *Chriſtum verbum Dei æternum eſſe, quod in tempore incarnatum ſit.* Teſtis eſt *Abulfarajus p. 21.* Sed mox Socinianam *æternæ* & *temporalis, perpetuæ* & *novæ divinitatis* diſtinctionem arripiunt. V. *Pococke Not. ad Abulfar. p. 218. Confer Catech. Racov. c. 1. de eſſentiâ Chriſti, pag. 76.*

Quod ſi utraque pars ſuomet gladio fodienda ſit, *Mohammedanis* verba Pſal. II, 7. *FILIUS MEUS es tu, HODIE genui te*, opponimus. Ea enim de Chriſto accipiunt. *V. Hacſp. not. ad Lipmannum*; *Socinianis* textum Eſaiæ VII, 6. Ibi enim *Chriſtus Dominus*, qui puer naſcendus erat, ex ipſorummet *Polonicâ* verſione, quæ Zaſlaviæ Lithvanorum anno 1572. prodiit, *Ocice vviecznosci*

noſci dicitur, h. e. Pater æternitatis. Id quod *Nicolaus Cichovius, è Societ. Jeſu*, in l. *Credo Arrianorum* c. IV. notavit.

Elmacinus refert *Huſeinum* quendam *Goſſypij purgatorem* anno æræ Mohammedicæ CCCIX. crucifixum eſſe, quod quædam ſparſiſſet, quæ ſapientum judicio morte digna eſſent. Inter ea & hoc carmen fuit:

Laus Deo qui manifeſtavit humanitatem ſuam, celavit inter nos divinitatem ſuam permeantem,

Donec cœpit in creatura ſua apparere ſub ſpecie edentis & bibentis.

Idem cum ad ſupplicium iret & hoc adjecit:

Compotor meus nihil planè in ſe habet iniquitatis.

Bibendum mihi dedit ſimile ejus quod bibit. Fecit hoſpitem in hoſpite. Hiſtor. Sarac. II. 19.

Quæ quò dicta ſint, facilius eſt conjicere, quam *Elmacino, Chriſtiano nimium trepido*, fuit aliò torquere.

15.) *Arboris*. Comparationem ab *arbore* deſumtam paſſim uſurpat Autor. Et memini noſtratium quoſdam S. Trinitatis Myſterium ſimilitudine ab ARBORE deſumta illuſtrare.

233

Digitized by Google

Sed non hunc in modum. Etiam *Kabaliſtæ* hâc ipsâ ſimilitudine utuntur.

16.) *Dei eſſentiam.* Habes iterum *TRIA*, de quibus ſuprà dixi. Et in hunc modum ſententiam noſtram de Trinitate exponunt Mohammedani. Tribuunt, (*inquit* Beidavi) Patri *eſſentiam*, Filio *ſcientiam*, Spiritui S. *vitam. cit. D. Hott. Hiſt. Or. p. 227.* ſic & *Atſameddinus* perinde uti *Paulus Epiſc. Sidon.* tria illa Attributa (ut loquitur) hæc vocat: *Eſſentiam, vitã, ſermonem. Richard. cap. 1.* de Mohammede ipſo: *Supponit* (inquit) *divinam eſſentiam & huius animam.* Idemque Rich. autor eſt hoc ipſum ab Arianis hauſiſſe Mohammedem, *quod* ſi Chriſtum hominem pro ipſa quoque *Dei Anima* Mohammed habuiſſet, verum eſſet. Sed Mohammedani neque Dei, quam vocant, Animam, pro Creatura habent, ut Arrius filium DEI; neque Chriſtum intelligunt, *cum Anima Dei* meminerunt, ut cum Chriſtum *Spiritum, verbumvè Dei* vocant. Itaque Mohammed & aliquid ab Arianis ſumpſit, & idipſum porrò pejus reddidit. Cumqne h. l. & aliàs Mohammedani præter *eſſentiam*, & *vitam*, *Faciem* quoque Dei memorent, non *Dualitatem* in divinis ponunt, ut *Richardus* loquitur, ſed Trinitatem. Sed extra ſenſum

Myſte-

Digitized by Google

Myſterj. Quod ſc. haudquaquami per PROPRIA, ſed fortè per APPROPRIATA cognoſcunt, uti *Thomas de Aquino ſent. I. diſt. 3. qv. 2. & I. 1. qv. 32. art. 1.*

Hoc illis evidenter ab oculos ponore maximi intereſt, & porrò, quæ fides noſtra ſit, ſolidè docere.

(I.) Noſtratium plerique pluralitatem perſonarum, quæ in Deo ſunt, ex *LOCUTIONIBUS DEI pluralibus* probare ſategerunt. Theodoretus in Gen. I, 28. Lombardus ſent. 1. diſt. 2. & poſt hunc alij magno numero, quos æquè ac adverſæ partis autores, *Sennertus* diatrib. de nomine Elohim in præf. nominat.

Ij quoque, qui *contra Mohammedanos* diſputarunt, Trinitatem *ex ipſo Alcorano* probare anniſi ſunt, & inde quidem, quod Mohammed toties DEUM PLURALITER Loquentem introducat. V. Cuſanus Cribr. Alcor. lib. III. c. 9. Richard. c. 1. p. 86. fin. II. p. m. 91. m. XV. p. m. 149. pr. Joann. Andr. Maur. l. de Conful. ſectæ Moh. cap. II.

Quid ſi verò Mohammedani regerant, Elegantiæ & autoritatis ergo, aut ex idiotiſmo linguæ, non *Myſterij* cauſâ hoc factum eſſe: vel (quod regerunt) Attibutorum pluralitatem ſubinnui, nec Tria illa, ſed XCIX?

Quo-

Digitized by Google

Quoties B. Paulus pluraliter de ſe loquiter, etiam cum non niſi ſuo tantum nomine loquitur? e. g. I. Cor. XV, 31. Νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω, κλ'. Syrus quidē Pronomē plurale invertit, q.d. Apoſtolꝰ ܐܚܝ ܒܫܘܒܗܪܟܘܢ Per gloriationem VESTRAM, non NOSTRAM. Sed minus commoda eſt hæc interpretatio, ut facilè liquet.

Quoties item legas SINGULOS PLURALITER compellatos eſſe?

Cum Salomon juri dicundo vacaret inter duas meretrices, & alterius vivum adhuc infantem tentandi cauſâ occidere juberet, mater dixiſſe legitur: בי אדני תנו לה את הילוד וגו Mi Domine, date illi (alteri) infantem vivum, neque morti illum date.

Etiam Abſalom ad unum Achitophelem dixit: הבו לכם עצה מה נעשה *Date vos conſilium, quid faciendum ſit nobis*. 2. Sam. XVI, 20. ubi *Syrus* & *Arabs* utrumque Pluralem Singulari reddiderunt. *Ibn Phered*: انتم فروضي *Vos Lex mea*, de Deo. Ejuſmodi compellationes multò plures ibidem leges. Ad verba Arabis *J. Fabricius* hæc notat: ***Factum hoc eſt propter verſum. Et ſolent aliàs Arabes in compellationibus & precationibus uſurpare Pronomina***

Digitized by Google

mina pluralia loco ſingularium. V. Alcoran. XXVII. 33. ubi impoſtor Salomonem pluraliter Reginam Sabæ compellantem introducit. Ejuſmodi longè plurima, etiam ab aliis nondum obſervata, ex omnifariis Linguis in IDIOTISMORUM opere meo digeſſi, ut ex profeſſo agerem contra librum illum *Quäkerianum*, cujus titulus: *A Battledoor for Teachers and Profeſſors to learn Singular and Plural; You to many, and thou to one.* Itaque vanitas eſt in Mohammedis locutione illa plurali arcana quærere. Jamque æſtima, quàm ſolidè *Cuſanus* ſcripſerit: *Oſtendamus Alcoranum pia intentione non contradicere Trinitati, modo quo nos de ipsâ loquimur.* Lib. II. Cap. I. pr. Et iterum: *Neceſſe eſt, Arabes fateri Trinitatem.* Cap. II. Et quis credat Spiritum Vertiginis, quo Mohammed actus fuit, Myſteria per ipſum loqui voluiſſe? Verius dixerim, Mohammedem oraculorum divinorum locutiones ad inſtar Simij imitatum eſſe. De ijs verò locutionibus pluralibus, quibus Deus ipſe in Pandectis ſacris utitur, rectisſimè celeberr. *D. Joannes Coccejus,* Notis ad Excerpta Sanhedrin p. 231. *Si non probandæ perſonarum pluralitati invictum ar-*

gumentum eſt, eſt tamen comperta & probata de hoc articulo veritatis inſigne monimentum.

(II.) Longe inutilius Trinitatis myſterium Georgevizius collegit ex *tribus Dei nominibus* quæ Mohammed in vulgatiſſimo illo verſiculo,

In Nomine Dei, Miſeratoris, Miſericordis, complexus eſt.

(III) Etiam ex trina repetitione vocabuli SANCTUS Eſa. VI. 3. tale quid colligi non poteſt. Pari namque facilitate alter ex trinâ repetitione vocabuli TERRA, Jerem. XXII. 29. tres veteris orbis partes colligeret.

(IV.) Qui verò *Rebus in Naturâ* extantibus hoc ipſum myſterium probare ſatagunt, perinde faciunt, ut qui *ex naturæ lumine* argumenta ſumunt, ceu *Scotus*, *Raymundus de Sabunde*, *Poſtellus*, *Alanus Pariſ. &c.* fecerunt. *Illuſtrant* quodammodo rem ſimilitudines *à Sole, à facultatibus animæ, à partibus hominis* & aliunde deſumptæ; non *probant*. Sed "cum quis ad probandam fidem inducit ra-"tiones quæ non ſunt *cogentes*, cedit in irri-"ſionem infidelium. Credunt enim quod "hujuſmodi rationibus innitamur & propter eas

Digitized by Google

eas credamus. *Thomas p. I. qv. 32. art. I.* Itaque præſtat ipſos FONTES, qui SS. Trinitatem partim expreſsè, partim per ſolidiores conſequentias docent, urgere & dehinc domeſtica adverſariorum principia, quæ quidem ad eorum convictionem faciunt, non negligere. V. *Mut. Panſa præf. l. de Oſculo Ethnicæ & Chriſtianæ Philoſophiæ.* Ne temerè ogganniant illud *Alcorani* Cap. XXVII. *Afferte probationem veſtram, ſi veraces eſtis.* V. *in h. l. Hacſp. Mohammedis. p. 76.*

17.) *Faciem.* Memorabilia item verba Alis Abdalcarimi, quæ Ill. Vir J. Seldenus ex Manuſcripto produxit l. de Synedr. II. 4. 127.

وجه خاص من وجوه الحق
قام الوجود بذلك الوجوه *Seldeni verſio:* Modus ſingularis ſeu productio ſibi propria, vera, adeoque unica. *Mea:* Singularis Perſona (vel atributum eſt, Sp. S. ſcil. de quo autor loquitur) de Perſonis DEI, in quib. exiſtentia (DEI) recumbit.

18.) *Tres Spiritus.*

Spiritum الروح *animæ* النفس opponunt. Ajuntque animam aliam *incorpoream* eſſe; aliam *corpoream.* Illam *Ruch Spiritum;*

ritum; hanc *Nefs animam* vocant. *Gjeub. Lex. Arab.*

Sic & *Judæi.* Autor l. Reſit chocma *trium animarum* ג' נפשות meminit. Eas ex ordine vocat נשמה, רוח, נפש. Vid. *Caſtor va-ferach* p. 7. b.

Hinc *Abu Laith Samarcandenus* in *Catecheſi:* Angelos non habere *Neſſan* animam.

Spiritum tamen (الروح) *Mohammedem* ſuum vocat: *Jeſum Nazarenum D. N. Spiritum Dei* Alcor. IV. 69. frequentiſſimè omnium *Gabrielem Angelum* روح القدس Spiritum Sanctum, h. e. الروح المقدس *Spiritum ſanctificantem*, uti *Attſameddinus not. ad Comm. Beidav. exponit*, *Decade fol. 18. pag. 5.*

Traditque idem vocem روح in hoc ſignificatu *maſculinam* eſſe; aliàs (uti & ap. Hebræos, Syrosque) *femininam.* De uſu hujus obſervationis ago in *Idiotiſmis.*

Quod Autor de *trib. Spiritibus* hominis, h. e. de divinâ Animæ humanæ Trinitate

(ut

Digitized by Google

(ut *ab oraculo* quodam vocabatur) h. l. habet, *Themiſtij* ſententia eſt, quam *Averroës* Arabs ſecutus omnibus penè Arabicantium Scholis inſtillavit. Ejuſdem ſunt & *Plato* (ut *multi volunt*) Scotus, Zabarella, & alij non pauci. Idem, ſed aliâ adhuc viâ, Ammonius Saccas, Hermeas, Philoponus & Ægyptiorum alij docuerunt.

Contrà verò alii dicunt, & operationes, quæ in homine ſunt, vegetantem, ſentientem, & ratiocinantem, ab unâ animâ per diverſas ejus facultates proficiſci contendunt. Sic Thomas & plerique hodiè.

De veterum ſententiis & Diſputationibus v. Lud. de Morainuillier d' Orgeville in Examine Philoſophiæ Platonicæ, & *Salmaſ.* in Simplicium, ubi fuſiſſimè hanc materiam à p. 120. ad p. usque ult. De recentioribus *Scheibl.* Metaphyſ. l. 22. *Danhavv.* Colleg. Pſychol. Diſp. I. contr. 3. Quod de *ſedibus Animarum* vel *facultatum Animæ* Autor habet, *Platonicæ* doctrinæ accedit. Plato ſc. unam animæ eſſentiam τόπῳ diſtinguebat: quam Ariſtoteles λόγῳ.

Rationalis animæ ſedem *capiti*, *concupiſcentis Jecori*, *iraſcentis cordi* tribuebat. At-

Digitized by Google

tamen autor rationalem quidem in *cerebro* locat : ſed ceteras in *jecore*.

19.) *Animalis*. Quem alibi *Rationalem* vocat. Et paulò pôſt h. l. انساني *Humanũ*. Ibidem tradit: Hominem cum brutis vegetativum & ſenſitivum communem habere; Animalem v. ſolum ſibi. Sed et humanum ſpiritum اضافي *relativum* eſſe. Ad Deum ſcil. & ex Deô. Id quod probare ſatagit ex verbis Alcoran:

واذا سويته ونفخت فيه

من روحي

Cum perficerem illum (hominem) *flabam in eum de ſpiritu meo.*

Eadem verba in eundem ſenſum allegantur ab Ali f. Abdalcarimi, cujus verba *Ill. Vir Joh. Seldenus de Synedr. II. 4. p. 127.* produxit. Hæc puta:

الاشارة بقوله ونفخت فيه من روحي

Tantùm *D. Seldenus* in verſione nonnihil aberravit. Sic enim Alis verba reddit: *Et verſatur in verbis ejus, & ſpiritualiter ei afflatur*. Quæ in hunc modum reddenda ſunt:

Et

Digitized by Google

Et hic eſt ſenſus verborum ejus (Dei ſcil. & horum quidem verborum) *& flabam in eum de ſpiritu meo.*

Impoſtor verò procul dubio reſpexit textum *Gen. II. 7.* Confer *Alcor. c. XXII. pr.* Sed reſipit ſermo ejus Gnoſticorum, Manichæorum & Priſcillianiſtarum hæreſin. *Theod. Bibl. h. l.*

20.) *David.* Idem Autor habet p. 22. a. f. Unde habeat, non liquet mihi. Sacra Hiſtoria nihil hujus meminit.

21.) *Creaturas.* h. e. *Homines.* Hoc quidem loco. Sic Hebraicum בְּרִיאָה *Briah*, & Græcum κτίσις, quæ ambo *Creaturam* propriè ſignificant, perſæpe accipiuntur. Itemq; Copticum ⲡⲓⲥⲱⲛⲧ, unde illud ψονθομφανήχ. *Gen. XLI. 45.* q. d. *Salvator hominum.* De quo *in ſacris exoticarum LL. reliquiis pluribus agam.*

22.) *Abſconditus.* Hebr. מסתתר Eſa. XLV. v. 15.

23.) *Mohammedanus.* Frequentius مسلمون *Muſulmanni* h. e. Orthodoxi dici volunt. *V. CL. Hott. Hiſt. Or. p. 3.*

24.) *Idololatra.* Vox, quâ autor utitur, Perſica eſt. V. *Hiſt. Chriſti. Perſ. pag. 351. lin. 2.*

پرستن

Digitized by Google

پرستمك *Preſten* Perſicè i. q. Turc. طپمق *Tapmak*, adorare. پوت *Put*, Idolum. Quo nomine omnis generis imagines intelligunt. Quas omninò deteſtantur.

Sic *Autor p. 76. a. 5.* ſimulacri Jeſu crucifixi invectivè meminit, & پوت صليب Idolum crucis vocat, *& cultum Diabolicum* معبود ديو *p. 100. a. 11.*

25.) *Cinctutus*, Sunnâr i. q. ζωνάϱιν. Hoc locô Cingulum, quô *Monachi Chriſtiani & Maguſæi* utuntur. Syr. ܙܘܢܪܐ *Sunoro*. Copt. ΟΥΝΑΡΙΟΝ. Sed hoc eo corruptius, quòd ſyllabam ΟΥ non pro *radicali*, ſed *articulo indefinito* habeant.

26.) *Nimrod.* Mohammed in Alcorano Biblicarum perſonarum ferè omnium nomina interpolavit. *CL. Hott. Diſſ. de Hept. p. m. 87.* Sic & Nimrodi. *CL. Hott. Hiſtor. Or. 31.* conjicit *Temudem* dictum eſſe, cujus Alcoranus paſſim meminit. Sed Autor Nimrodum ſuomet nomine inſignit. Unde colligo ipſum Scripturam Vet. T. legiſſe. Ejusdem pag. 98. b. 10. in hunc modum meminit:

خليلى

خليلى نمرود اودندن صقلين
يونسى بالق اچنده بقلين

Abrahamum Nimrodi ex igne liberavit; Jonam in piſce ſervavit. Deus ſc. Voce EX IGNE reſpicit אור כשדים *Ourenam*, Chaldæorum urbem, Gen. XV. 17. Sed vocem *Our* appellativè accepit, qt. *ignem* ſignificat. Judaicas ſecutus fabulas. *v. Targ. Hieroſ. Gen. l. c. add. Horn. ad Sulp. Sev. p. 25, a.* H. L. Senſus autoris; *Nequis Idololatra ſit, ſed fidelis.*

27.) *Inſipiens.* Vel *Paganus.* Tempus en. Ante-Mohammedicum الجاهلة *Ignorantiam* vel Stultitiam vocant. *Fabr. Spec. Ar. p. 25.*

28.) *Haidaris.* Decantatiſſimi ap. Perſas Antiſtitis. Qui Iſmaëlis Sophi Propheta fuit. *Leonclav.*

29.) *Symbolum.* Sic vocant geminam illam confeſſionem ſuam. Mohammed ipſe Dualiter شهادتين *Duo Symbola* vocavit. Hoc enim verbum Sigillo ejus inſculptum, fuit. *Hiſtor. Saracen. l. 1.* Et eopſe proculdubio nonniſi hanc confeſſionem indicare voluit. *Poſterior* pars abſque Controverſiâ Antichriſtiana eſt. Priorem Chriſtianis oppoſuiſſe

Digitized by Google

iſſe ſibi viſus eſt. Et in ſpecie antiquæ illi Doxologiæ: GLORIA PATRI & FILIO & SP. SANCTO. *Seld. Syn. II. 4. 131. ſ.*

Fruſtrà ſanè. Nam et S. Scripturæ ſic loqvuntur. David ſcil. Pſalm. XVIII. 13. diſertè: מי אלה מבלעדי יהוה Quis Deus eſt præter Dominum? Quam *interrogationem* ſi *enunciativè* ſecundum artem Hermeneuticam interpretari velimus, hoc emerget: *Non eſſe Deum præter Dominum.* Atque ſic *Syriaca* per *Sionitam* edita verſio:

ܠܝܬ ܐܠܗܐ ܠܒܪ ܡܢ ܡܪܝܐ

& *Arabica Eccleſiæ Syriacæ*, quæ itidem in Seren. ELECTORIS Bibliothecâ aſſervatur

لا اله الا الله planè uti Mohammed ſuis ſuggeſſit. An eo itaque oraculo David Trinitatem Perſonarum, quæ in Deo eſt, negaverit? Nihil minus. Plura qui deſiderat, Seldenum l. c. legat.

30.) *Maguſæiſmo*, vel Magiſmo. Maguſæum vocant, quem Græci *Magum*, h. e. Ignicolam. Alias Kebber h. e. كافر Atheum, infidelem. Μαζύσιος ap. Zenob. Cent. V. adag. 25.

31.) *Hymnorum. Teſbich* propriè Laudatio ſ. Hymnus. Sed et *Roſaria* ſua ſic vocant.

Digitized by Google

cant. De quibus *Olear: Itin. Perſ. pag.683.*

32.) *Pſittacus.* Idem ſimile habet *Autor p.53. b. 11.*

33.) *Gratijs.* Elegantiſſima Paranomaſia. شكر *Schekker* vel *Scheker* Perſicè & Indicè Saccharum eſt. Arabes *Schukker* dicunt. Unde noſtrum Zucker. Eſt etiam *Schukker* Arabicè Gratiarum actio. Eoque autor alludit. De *Pſittacis* diſertè *Ulyſſes Aldrovandus: Sacchari eſu inprimis gaudent.* T. 1. Ornithologiæ libr. XI. c. 1. p. 652.

34.) *Cadavere.* Vult dicere: *Sicuti Pſittacus Saccharo delectatur, & Cornix ad Cadaver fertur.* (v. Luc. XVII. 37.) *Sic devotus Hymnis & contemplationibus gaudeto.*

35.) *Dixit.* *Saadus* ſc. quem ibi ambitioſè laudat.

36.) *KAPH.* Mons, qui totum orbem ambire dicitur. Riphæi ſc. quos *VVeliki Kameni poyas* (magnum illud lapideum cingulum) Ruſſi vocant. V. Alc. Cap. XL. Cantacuzen. Orat. 11. num. 16.

37.) *Avis argentea.* Sic Perſæ avem illam omnium maximam vocant, quam Arabes العنقا *Ancaam*, Indi رخ *Rochum*, Græci

Digitized by Google

Gryphem appellârunt. *V. Marc. Paulus Venet.* *III. 40. Gol. app. Gramm. ad Prov. C. Kircher. Prodr. p. 99. Aldrovand. l. X. Garſias abOrta* *Tigridem*, alij & *Elephantem* ſic appellari putaverunt. *Tuſius v.* in verſ. Perſ. Lev. XI. 13. Deut. XIV. 12. hanc ipſam vocem pro Hebraicâ נשר, *Neſer*, quæ *Aquilam* ſignificat, reponit. SIMORG dicitur Perſicè, pro quo Megiſerus *Sümurek. Si* argentum eſt; *Morg* avis. Unde &

مرغ خدای *Morgchodai*, h. e. Avis Dei. Sed hodie MANUCODIATAM vocant, quæ rectius *Maruchodiata* diceretur. N pro R.

38.) *Perplexi ſunt.* Turcicè *Mat.* Alludit ad *luſum ſchachicum*, unde multas *figuras* ſumit. Inque ipsô hôc carmine hos illos latrunculos (ut vocant) nominat:

شهو *Regem*,

فرزين *Reginam*,

پيلاق *Peditem*,

فيلو *Barrum*, quem & رخ *Rochum* vocant; Ex *Indicô*, niſi fallor; non ex *Gallicô*, uti *J. Scaliger ad Garſiam abOrta II. 28. V. Fabr. Spec. Arab. p. 144.*

In

Digitized by Google

In Luſu verò *Schachico* vulgare vocabulum eſt *Schachmat*, cum Rex ad incitas redactus eſt. *Hiſtor. Sarac. II. 7. ru. Lev. VVarner. not. ad Prov. Perſ. XXXI. Bochart. Geogr. S. P. I. p. 129.*

39.) *Nadir.* Sic Aſtronomi inferius hæmiſphærij punctum vocant, quod verticali puncto سمت *Semit* (corruptè *Zenith*) opponitur. Illud nomen habet à VIDENDO, quod alterum punctum è diametrô reſpicit. Jamque *Figura* Autoris liquet, q. d. Non eſt locus, qui alterum reſpiciat, quem Deus non conſpiciat.

40.) *Arcanorum interpres.* Joſephus Patriarcha, niſi fallor. Cujus formam & pudicitiam p. 83. a. b. commendat. (Conf. Alcor. c. XII.) Hunc enim à Pharaone ferè omnes ſic appellatum volunt. Sed *Hieronymus* Ægyptiacam vocem *Zophnat Paaneach* longè rectius vertit: Salvatorem Mundi.

41.) *Georgius.* Turcicè *Gerges.* Etiam p. 98. b. 11. Ipſiſſimus inter Pontificios Georgius Cappadox. *Hott. Hiſt. Or. 99. ſ.* Alias *Bozatle* h. e. eques in equo leucopeato. Item حضر الياس *Hidir Iljas* (in eôdem hôc

Carmine.) Et corruptè χέλης ἠλίας apud Cantacuz. Ap. III. p. 48. *Chederles* ap. Busbeq. *Derelek* & *Derelez* ap. Megis. *Chiridelles* ap. Septem-Caſtrenſem c. 15. *Iljas* vel *Aljas* idem nomen quod Eliæ. Georgium a. ſic vocant, quod Eliæ Spiritum per Metempſychoſin in ipſum derivatum credant, ut & Pinchaſi, quem itidem Aljas vocant, in Eliam. *Hidir* vox Arabica eſt, aut. D. Gol. & Selden. q. *Florentem* dicas à R. خضر V. Seld. Succeſs: p. m. 233. Mihi verò alius originis eſſe videtur. Et fortè idem ſignificat, quod حضرت *Hedrat.* Id verò propriè *Præſentiam*, hinc & *Majeſtatem* ſignificat, ſæpe i. q. honoris ille titulus Dominus. Sed *Georgius*, quem dixi, etiam κατ' ἐξοχὴν *Hidir* dicitur p. 7. a. 3.

42.) *Meſſias*. Sic Jeſum, Dominum noſtrum unicè & q. devotè vocant. Eademque voce Jacobéum שילה *Schilo* Gen. XLIX. v. 10. exponunt. Alcor. c. 3. p. m. 37. O Marie, Dieu t' annonce un verbe du quel procedera المسيح le Meſſie nommé Jeſus fils de Marie. *V. Hott. Hiſt. Or. p. 104. f.* *Joſephus Antiqv. XVIII. 4.* de eôdem Domino noſtro: ὁ χριστὸς οὗτος ἦν, Chriſtus hic erat. De quo tamen loco *V. I.*

Tob.

Digitized by Google

Tob. Maj. ad Acta,& Tanaquil Faber Ep. 44. Antichriſtum المسيح الدجال Meſſiam Impoſtorem *Hiſtör. Timuri pag. 2.* Tetſchel *Chriſtop. Richer. p. 111.* vocant.

43.) *Cæſar.* C. Julius ille Imperator.

44.) *Fagfour.* Commune *Sinenſium* Regum nomen. *D. Gol. add. ad Atlant. pag. 11. b.* Ipſi Sinenſes *Fafu* dicunt. Neque enim caninam literam enunciare valent. *Tata* ſc. pro *Tatar*, *Malia* pro *Maria*, *Hell* pro *Herr* dicentes. *Fafu* q. *Pater patriæ.*

45.) *Tſchinenſis.* Arabica litera ص *Sad*, Turcica چ *Tſche*, Hiſpanica *Ch* ejuſdem ſoni ſunt. Inde vocabulum, quod Hiſpanicè *China*, Arabicè *Sina*, Turcicè *Tſchina*, ſcribitur, idē eſt.

46.) *Hoſpes.* Activus ſcil. Paſſivus قونق *Konuc* dicitur.

47.) *Mortuos.* Hoc omnino agnoſcunt hi homines. *V. Hott: H. O. p. 100.* Mox verò ajunt: Deum hoc feciſſe على يد المسيح *per Meſſiam. VVarn. Comp: p. 9.*

48.) *Aquam vitæ biberit.* h. e. revixerit, poſtquam lixatus & combuſtus eſſet. Sic enim tra-

Digitized by Google

tradunt. Eodemq; Verba autoris *p. 98. b. 11.* reſpiciunt:

چرجيسوك حالن دكركون ايليين

Georgij conditionem (miraculoſè, quod contextus vult) *mutatam eſſe.*

49.) *Avium Linguas.* Idem habet autor p. 75. b. 9. Eſt hoc ex Alcorani c. XXXII. Alcoranica fabula à *Judæis*, qui ex verbis *Scripturæ* 1. Reg. IV. 33. וידבר על העוף Et locutus eſt (Salomon) DE *avibus* &c. eam condiderunt, particulas על *Al* DE & אל. *El* CUM perinde habentes. Sic *Kimchi in 1. Reg. VI. 7.*

50.) *Ab uno Elif.* Præpoſitio AB in ſermone Turcico poſtremum locum occupat. Sic omnes Particulæ, quas ſecundum Linguarum noſtrarum genium PRÆPOSITIONES vocamus; Turcicè rectius POSTPOSITIONES. Sed & *Japones*, *Georgiani*, *Ungari Finnonesq;* hujus generis particulas ſuis nominibus poſtponunt. V. vel Grammaticas *Didac. Collado Japon. Fr. Mar. Magg. Georg. Alb. Moln. Ungar. & Andr. Buræi Sveciam.* Imprimis *Japonica* Lingua non pauca communia habet cum *Turcicâ*, quæ in aliis LL. uſu non veniunt. *ELIF* prima Alphabeti Arabici litera eſt. Hoc loco *Principium* notat, ut *Deum*

qui-

Digitized by Google

quidem. Sed p. 70. f. autor non *puncto* tantùm mundum comparat, ſed & *literæ Elif* tanquã ſimpliciſſimæ & minimæ literæ. Perinde ut κεραία (apex literarum) & *Jota* minimum quodque Scripturæ deſignant *Matth.* V. 18. Similia hujus textus habet Autor et p. 97. a.

51.) *Chatajos.* Simile illi: Ἐκ Ναζαρὲθ δύναταί τι ἀγαθὸν εἶναι, Joh. I. 46. & illi: Græci ſemper pueri, nunquam ſenes. *Patenit Sacerd. Ægypt. ap. Plat. in Tim. & Clem. Alex. Strom. I. p. 131. 154.* CHATAIA verò Scythia extra Imaum eſt. Ipſique *Tſchinenſes* quandoque Chatajorum nomine appellantur. V. Busbeqv. p. 329. Jam *Turci Tatariq;* (ex quibus autor eſt) ſe invicem commendant, ut muli mutuò ſe ſcabunt. Sic Turci dicunt: Reliquas quidem nationes ſcriptam in libris habere ſapientiam; Tartaros libros ſuos devorâſſe. Ideo in pectoribus eam habere reconditam. *Busbeqv. p. 320.* Sed de *Chatajorum* ſolertiâ Aſtronomia ipſorum teſtatur, in quâ Turcis Tatariſque palmam præripiunt. Fortaſſe autor alludit nomine gentis CHATA ad Arabicum CHATA, quod PECCATUM ſignificat.

52.) *Non omnis.* Non ex quovis ligno fit Mercurius.

53.) *Pulvis Philoſ.* Autor ſæpius *Phraſib.*

G *Chy-*

Digitized by Google

Chymicis ad inſtar *Paracelſiſtarum* utitur.

54.) *Pulvere pedum*, i. e. re abjectiſſimâ. V. omnino *VVarn. Prov. Perſ. VI.* *Tutia*, lapis eſt, ex quô *collyria* parantur. Vult dicere, pedum pulverem ante oculos ſtatuendum eſſe tanquam genus originis noſtræ. *Autor p. 74. b. 14. 90. b. 1.* Apoc. III. 18. κολλούριον ἔγχρισον ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς. Saadus in libro, quem *Buſtan*, h. e. Pomarium vocat, cap. IV. pr. *Ex pulvere Dominus te creavit; Itaq; ad inſtar pulveris coram eó procidas.* Extat Mſt. cum verſ. interlin. Turc. Londini in Biblioth. Sion.

55.) *Terra.* Verba Deviſij cujuſdam, de quib. Georgevizius, quod *quaſi nudi* incedant.

56.) *Peplum.* Seu *Palla.* Tegmen muliebre. Id enim propriè ſignificat vox *Tſchadir.* Armen. աւսաղ. Roman. EXUVIA. Pro qua voce ἐξουσία ſcriptum eſt I. Cor. XI 10. autore *Jac. Godofredo, comm. ſingul. in h. l.* Tale peplum & Mohammedanæ feminæ gerunt ſecundum Alcor. c. XXIV. H. l. vox iſta de quóvis tegmine accipienda eſt.

Ad poſtremas ſententias N. XIV.

11. *Ciconia.* Simile illis: Aquila non curas Thripas; Aquila non captat muſcas.

12. *Deus propinquiſſimus.* Ubiq; præſens eſt; ſed

ſed homo peccator longiſſimè à Deo recedit.

13. *Vivit. Ad verbum :* Vir moritur ; nomen venit.

SOLI DEO GLORIA.

E R R A T A.

A. p. 7. lin. 14. ſcript. 15. legend. 96. ib. ſcr. b. l. 6.

B. p. 3. lin. ult. ſer. زيبوا leg. زيرا

6. lin. 11. ſcr. Alcoranum, leg. Scripturam V. & N. T.

Bb. p. 8. ante vocem ادم ſcribend. كه

p. 6. l. 5. ſcr. وانخي leg. ودلخي

7. lin. 2. leg. پاں شاه

16. lin. 14. leg. والباطل. وبو مثلںر

C. p. 1. lin. 13. ſcr. 495. l. 79. p. 3. lin. 2. duæ illæ voces Arabicæ tranſpon. p. 5. lin. 10. & ſeq. ſcr. 8. 9. 10. leg. 9. 10. 11.

D. p. 2. lin. 13. ſcr. החוית leg. תהוית p. 7. lin. 4. ſcr. I. 1. leg. I. 1æ. ibid. 22. ſcr. II. leg. XI.

E. p. 4. lin. 10. leg. & Mohammedem ſuum vocant, & Jeſum Naz. &c.

F. pag. 1. lin. 2. بكلين

p. 6. lin. 5. idem nomen eſt, quod. 8. ult. ſcr. ut, leg. &.

Cetera per Te, Benevole Lector, agnoſces.

Val. Fel.

33 347027

Z 554—3

PH 08943

Digitized by Google